

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 05 : De Pasiphae

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[65\] : De Pasiphae](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 05 : De Pasiphae](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 06 : De Pasiphaé](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 05 : De Pasiphaé](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 05 : De Pasiphae, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/877>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 172r°-173r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pasiphaé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

de Pasiphae.

Cap. V.

Pasiphae Solis & Perseidis filia fuisse dicitur, ut ait Cicero lib. 3. de natura Deorum, in his; Circe autem & Pasiphae è Perseide Oceanii filia nata, patre Sole, in Deorum numero non habebuntur? Hanc Minois vxorem fuisse conilit; è quo Ariadnam, quam a Theseo abductam & in Naxo relata a Libero patre vxore ducta inquiunt, filia peperit, ut ait Apollo lib. 3.

Pasiphae minis èrō p̄p̄t̄r̄s' ēp̄z̄l̄s

ēn̄t̄r̄s' Pasiphae n̄p̄p̄ v̄n̄s' ē. Ant.

Huius amore fuit Minois capta Ariadna,

Pasiphae hanc peperit Solis de semine nata.

10

Fabulati sunt Venereem, post indicatum suum a Sole adulterium cū Marie, in universam solis stirpem fuisse; quare & Ariadna à Sole oriunda ingratum & durissimum Theseum experta est; & Pasiphae huius mater ingentauri amore capta fuit, ita ut Dedali opera, se illi subiecerit; de qua natus est Minotaurus, cuius altera pars homo erat, taurus altera, ut est in Ariadna apud Ouidium;

Nec tua mactasset nodoso stipite Theseu,

Dextera parte virum, dextera parte bouem.

Cum natum fuisse id monstrum, labyrinthus extulit cum inexplicabilibus viarum ambagibus & fallaciis, ita ut cum quis viam egressientem, & ad exitum perducentem se reperiisse putaret, tum nouum ingressum, & prioribus multò difficultatem experiretur: atque id in illum exclusum fuit. Has tamen fallacias idem Dedalus, qui excogitauerat, ut Ariadnes amori satisficeret, sperauit; cum eo, qui Athenis septimo quoque anno ob mortem Androgei mittebantur, vorandi à Minotauro, vel inter labyrinthi fallacias, ut alii patarunt, morituri, includerentur. Hanc rem satis aperit, ut arbitor, explicauit in his carminib. Virg. lib. 6.

20

Hic crudelis amor tauri, supposta q̄i furto

Pasiphae, mittumq; genus, prolesq; biformis,

Minotaurus iness, Veneris monumenta nefande.

30

Hic labor ille domus, & inexplicabilis error,

Magnum Reginz sed enim miseratus amorem

Dedalus, ipse dolos testi, ambagesque resoluit,

Ceca regens filo vestigia.

Habuit filium Androgeum & Ariadnam, ut ait Isacius, quibus alii Phaedram addiderunt. Fuerunt, qui dicant illam quo tempore Minos aduersus Athenienses militabat, rem cum Tauro militum duce clam habuisse, atque ex eo fascepisse filium, quem de patris nomine Taurum appellarunt, nomenque Minois etiam addiderunt, quod Minois videatur, cum esset Tauri. Alii dicunt Taurum fuisse Minois ducem, qui crudelissimus erat in omnes Athenienses, q̄e tributi nomine mittebatur; ut testatur Plutarchus in Theseo. Alii malo erunt ex huius ducis concubitu & ex Minoe eodem partu natos esse geminos filios; Androgeum è Minot, Taurum autem ex Tauro: quod etiamen etum non patet, palam utriusque parentis nomen obtinuit alter illorum. Hoc non solum fabulosum est, sed prorsus abhorret à veritate, quoniam sem nis recepti vari in malitere ubi semen auide semel inbibitur, atque hauserit, constringitur; neque amplius aperitur, ante quam sērum perduxerit

40

Mythologiae

xerit ad maturitatem. Fuerunt, qui fabulosam causam reddiderint, eur Mino-
ros adulteram vxorem senserit, cum illa vel bouem sustinuerit. Nam cum
Mino ad bellum exitorus Iouem patrem rogasset: ve digna tanto sacrificio
aliqua se victimam offerret, taurum eximix pulchritudinis oblatum armen-
tis docem presecebat, ac aliud pro illo immolauit. Quare sensit postea
Mino ex ira Iouis ob eam fraudem amorem tauri sux vxori fuisse immis-
sam. Alii maluerunt Minoem a Cretensibus impeditum quo minus in re-
gnum paternum succederet, respodisse a Diis immortalibus sibi dari regnum.
quod nisi credant, Deos augurio id esse confirmaturos: Mox Neptuno clam
vouit se quod primum apparuisset immolaturum. Cum vero eximix pulchri-
tudinis taurus ap paruisset, illum dedit pastoribus ad armenta deducendum,
arque aliam pro illo mactauit, quare iratus Neptonus nefarium illius tau-
ri desiderium vxori Minois immisit. Scriptum reliquit Plutarchus in Cleo-
mene, in Thalamis Meseniiorum olim ciuitate eximium fuisse Pasiphaes tem-
plum & oraculum; atque Pasiphaen quidam vnam esse Nympharum Atlâ-
tidum arbitrati sunt; eamque non Solis, sed Iouis fuisse hiam, quae ita vox
era sit, quod omnibus ibi pateret oraculum. Hanc fabulam ad historiam
deduxit Zees hist. 19 primi chil. qui scribit augurium a Neptuno immis-
sum Taurum fuisse ducem, qui cum ingenti classe suppetias Minoi ferebat,
quem cum vidissenc Cretenses priusquam dimicarerur, Regem Minoem fa-
lutarunt. Eius tauri visi sane elegantis & irenu ducis amore capta est Pa-
siphae Minois vxor. Dedaloque conscientia & adiutorie in pruata domo lignea
cum illo dicitur cõcubuisse, ex quo natus est puer, qui & adulteri & legitimi
mariti Pasiphaes nomen reportauit. Ego vero altiorem quandam, & utilio-
rem sententiam sub his latere crediderim, quoniam non historicè solum na-
rationis causa fabulæ instituebantur, sed vel rerum naturalium, vel morum in-
formadotum, ut diximus. Pasiphae Solis & Perseidis filia, quid siquod est, si ani-
ma mortali uero plurimum ratione & cõsilio poller, cu corpus solis virtute ma-
teriam corporis, optime digerente, fit purius? aut quid aliud est Persei,
quam ipsa materia humida, è qua corpus cõstituit? Hæc ipsa anima cù Mi-
nois iustissimi atque optimi viri sit vxor, si ad illegitimas voluptates decli-
nauerit, desciscere à legitimo marito dicitur, & in adulteri ferociissimi tau-
ri complexum refugere. Vbi enim à ratione animus descivetur, vel ad iram,
vel ad cupiditates se referens, tunc omnibus corporeis appetit, & tauri forma
recipit. Quare si quis fabulæ turpitudinem summam inesse arbitratur, defas-
tiam, mulierem existimat Pasiphaen, quae tam europe, ac tam illegitimas vo-
luptates expetuerit, quo pacto non turpisimum putauerit, se ipsum vel li-
bidine, vel ira, vel aliis turpisimis animorum motibus cedere? conceden-
de sunt quidem corpori voluptates, quas natura necessariè expetit; quippe
40 cum neque ira, neque voluptas inutiliter à Deo data sit: sed illæ tantum cõ-
cedendæ, quas Iupiter aut Neptonus concesserit, quod per eum taurum si-
gnificatur; ad corporis vires resiliendas scilicet, & ad propagandam sobo-
lem. Cuius rei vel maximum id est argumentum, quod vel ira ad res agen-
das, vel libido ad procreandum, vel reliqui animorum motus cõferunt semper
moderatione corpori, & negotiis; cum plurimum obesse so-
leant, nisi moderatio adhibeat. Ex illegitimo vero voloptatum, harumq[ue]
motionum vnu multa monstra nascantur necesse est, ac non solum Minotau-
rus: quæ ita homines implicant, ut qui semel ab exequitate declinaverit, le-
geisque

gesque contemptur, difficillime postea a seculibus coeretur: cum mos diurnus consuetudo natura postea sit assuetis hominibus. Neque aliud sanè Labyrinthi viarum inexplicabilis circuitio significare voluit, nisi illū, q̄ semel illegitimis se dedidisset, sine summa difficultate se explicare postea non posse ante extremum vitie diem; aut sine summo Dzedali ingeniosi admonitoris artificio. ac de Pasiphae ita breuiter; nunc de Circe dicamus.

De Circe.

Cap. VI.

Circe, ut scripsit Hesiodus in Theogonia, Solis & Perseidis Oceanī dicitur fuisse filia in his;

Αἴτη δέ τε πάρι τίκη καὶ θύειν
πεποιήσατο, καὶ μέτων Βερβάνη,
σολι indefesso peperit Perseis ac olim
Αεταν regem & Circe, clarissimā, natos:

Homerus tamen in libro . . . odyss. illum Solis & Perseis filiam, at non Perseidis inquit in his carminibus;

Αἴτηδεν οὐδὲν αἰτεῖσθαι. Τεταῦτη
αίτης ιδεόμενης θυεῖται θύειν,
αἴτησσαν τε λαζαράνην αἰτεῖ.
Αἴτηδεν ιεράτης φανταστήτης εἶται
Μετεπέντε λαζαράνην θύει.
Venimus Aeτεῖς πολλαχοῦ ad litora terræ,
Hanc Circe coluisse grauis Dea dicitur, illa
Prudentis soror Aeτεῖ fuit; ortus vterque
Semine de Solis nitidi narratur, & illis
Oceano Perse mater fuit edita magno.

Alli crediderunt Hecates, alli Aeτe fuisse filiam, at non sororem. Alli contra Alteropes & Hyperionis filiam tradiderunt, sicuti refatur Orpheus in Argonauticis: cuius miram fuisse pulchritudinem inquit, cum splēdotis 30 radii ex illius capite emicarent, ut patet ex his;

Αἴτηδεν ιεράτης πολλαχοῦ αἰτεῖσθαι
Θύειν θυεῖται πεποιηθεῖσθαι.
μέτηπεν Αἴτηδεν, καὶ τριηγαῖς οὐτε πειρε.
Θύει θυεῖται λαζαράνη, λαζαράνη θύει.
Δέ μηδε δεσποεῖται . . . θυεῖ θυεῖται πολλαχοῦ
αἴτηδεν ιεράτης λαζαράνη θυεῖ.
Τίκη δέ ναντι μετέντενε φανεῖ.

Aeτe affinis, coniunctaque sanguine, Solis
Filia; quam proprio dixerunt nomine Circe.
Alteropeque parent, Hyperionque est avus. illa
Velox occurrit navi, cuncti aspicientes
Pertinuere viri: flammæque simillimus ardor
Crinibus auratis illi affuit, igne decora
Splendebat facies. superisque simillima Diuis.

At Dionysius Milesius libro primo Argonauticorum scriptum reliquit hanc Hecates Persei & Aeτe filiā fuisse: nam Persea & Aeeta filios Solis fuisse inquit, quorum Aeeta Colchis & Meoticis, at Perseus Tauricæ regioni im-

X x perauit,